

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 31. Nuntius Apostolicus e Francia exedere a Papa jussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul XVI.**

A.C. 1583.

nitus addictum suspicaretur, ideo  
quantocius missò curfore negotium de-  
dit, ut hic Archipræsul, quamprimum  
Regis voluntatem per hunc curforem  
percepisset, illico subsisteret.

**§. XXXI.**

*Nuntius Apostolicus e Francia ex-  
dere a Papa jussus.*

*Thu. l. 82.  
Mem. pour  
l' hist. de  
France t. I.  
p. 194.*

Jamiam Nazarethanus Archiepiscopus  
Lugdunum pervenerat, magnifice  
exceptus, cum eidem quidam Cursor  
Regis mandata exponit, ad quæ ipse  
haud parum attonitus, cum vehemen-  
tioris, ac servidæ indolis esset, hujus  
jussionis indignitati succensuit, respon-  
dens: „nequaquam Pontifex ejusmodi  
„injuriam impune feret: ego autem al-  
„tera die hinc discedere statui:,, mox  
etiam datis ad Sextum literis de novo  
hoc eventu eumdem certiorem fecit.  
Pontifex re comperta antelucano tem-  
pore Pisano Marchioni significari jussit,  
ut intra biduum non modo Romana ur-  
be, sed ex universa etiam ditione ec-  
clesiastica excederet: verum Orator  
regii nominis, gallicique deçoris ac-  
cerrimus vindex intrepide respondit,  
quod ejusmodi mandatum sibi insolitum  
videatur, de cetero autem parum an-  
xietur, quod non sciret, quid Pontifi-  
cem ad hoc commoverit, mox vero  
compo-

compositis rebus suis tempus sibi præficium contrahere vellet, eoquod ditio Pontifícia tam lata nequaquam pateret, quin intra unius diei spatum ex ea sat commode excedere posset.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1585.

Enimvero Pisanus mox urbem reliquit, Rex tamen comperto Pontificis mandato indignationem suam haud disimulabat, sed coram omnibus exterrum Principum Legatis questus Romam hæc perscripsit: „In aliis totius Orbis „Curiis meo Legato hæc injuria non „suisset illata, et si ibidem bellum de- „nuntiassem, moderatis autem verbis „ad Papam perscripsi, priusquam ejus „Nuntio ulterius in Regnum penetrare „prohibueram, ipsumque rogabam, ut „quemdam mihi haud suspectum ad me „ablegare vellet.“ Ad hæc ita reposuit Sixtus: „priusquam a Galliarum Rege „literas receperam, ea de re præmonui „Franciæ Oratorem, qui mihi fidem „fecerat, quod Rex suus Nazarethani „Archiepiscopi legationem ratam habe- „ret, imo, antequam hic discederet, „eidem Oratori præsente Cardinale „Estensi declarabatur, quod tunc, cum „Nuntius meus Rege consentiente in „Gallias abiret, spe fretus existerem, „fore, ut eidem nullum obstaculum in „ipsius itinere opponeretur: si vero huic „Nuntio meo molestia fieret, Gallicus

U 4 Ora-

**Sæcul. XVI.****A.C. 1585.**

„Orator haud ægre ferret, si & ipse  
 „Roma excedere juberetur, quam pri-  
 „mum de injuria meo Nuntio illata  
 „certior factus fuero.“ Hæc sibi a Pa-  
 pa fuisse significata, haud negabat Pi-  
 fanus Orator, nihil tamen de hac Pon-  
 tificis cautela ad Regem perscrip-  
 rat. (\*)

**§. XXXII.*****Concordia Papam inter, & Regem  
restituta.***

Ergo rem componere oportebat, qua-  
 propter Sixtus Horatio Oricellario,  
 seu Ruccellario, qui corrasis ex vecti-  
 gali

(\*) Ex hac relatione manifestum fit, quam  
 sæpe subdolis artibus nonnulli dissidia inter  
 Papam, & Principes ferre soleant, ut postea  
 Pontifices innoxios molestare, & tanquam  
 ambitiosos, aut litium incentores, traducere  
 valeant: quid enim hac in re Pontifex am-  
 plius facere potuisset, quam Regis volunta-  
 tem per ipsius Ministrum explorare, & ubi  
 hunc consentire ab eo perceperat, nonne ju-  
 re merito Iæsum suum honorem pari ratione  
 vindicare poterat; cum autem hic Oratorex  
 Pontificis ore percepisse, quod ob inferen-  
 dam fors injuriam vicem rependere cogatur,  
 qua fronte spargere poterat, quod parum curet  
 caussam explorare, ob quam Pontifex ad eum  
 Roma amandandum permotus fuerit?